DISSERTATIO INAUGURALIS NOSOLOGICA POTISSIMA
SUMMA GENERA MORBORUM SIMPLICIUM
QVI
FLUIDA CORPORIS HUMANI AFFICIUNT
DEMONSTRATA PROPONENS.

QVAM
CONSENTIENTE GRATIOSO MEDICORUM ORDINE
IN ACADEMIA GRYPHICA
PRÆSIDE
VIRO AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO
DN. CAROLO FRIDER. REHFELD
MED. DOCT. EJUSDEMQVE PROFESSORE REGIO ORDINARIO
FACULTATIS SUÆ H. T. PRO-DECANO MAXIME SPECTABILI
NEC NON
CIVITATIS GRYPHICÆ PHYSICO
PATRONO AC PRÆCEPTORE OBSERVANTI MAXIMOPERE ANIMO
NUNQVAM NON COLENDO AC PROSEQVENDO
PRO SUMMIS IN ARTE MEDICA HONORIBUS
IMPETRANDIS 1766
AD D. MAJI ANNI CIƆIƆCCLXVI.
PUBLICO SISTIT EXAMINI
TIMOTHEUS CHRIST. GUILIEL. OVERKAMP
GRYPHISWALDENSIS
PHILOSOPHIÆ MAGISTER.

GRYPHISWALDIÆ LITTERIS RÖSENIANIS.

PROOEMIUM.

AEQVIS ET CANDIDIS LECTURIS.

De materia quadam ſcribentibus ſolenne eſſe & fieri aſſolet, ut Tractationi ſuæ præmittant ſermonem aliquem, qui cauſas & rationem, qua permotus Scriptor hoc diſcutiendum perpoliendumque inprimis aggreſſus ſit argumenti genus, plerumque exponat lectoribusque ſuis narret. Haud pariter ignoro, diverſos eſſe, multivarios & ut in reliquis rebus humanis fieri rarum non eſt, valde diſcrepantes diſcurſus hujus, inanes interdum & ſine ſenſu voculas proferentis, intentos fines; nec tamen contemnenda quoque lectori interdum inde enaſci commoda, qui Sciagraphiam & Conſpectum libelli videlicet in Tabula quaſi delineatum conſpicit, & quid exſpectare aut ſibi promittere poſſit, diſcat ac cogitatione anticipet, ut idcirco etiam aliquando prologum pergiſſe, quemadmodum *Swiftius* ille ait, ſufficiat. Mihi quidem haud opus nec e re viſum fuit, diffuſo ſermone præpoſito hoc quicquid eſt incomti libelli ornare & in decoris forte alicujus, cito tamen, dum æquus acceſſerit judex, evanituri ſpeciem hanc ei addere particulam. Sufficiens videbatur quod natura-

lem & haud difficilem ipſa pertractatio prodat ordinem. Interim addenda aliqua erant, quæ nec hoc loco incongrue nec alio opportunius dici poſſe videbantur; quæ ergo nunc una pagina inſeruiſſe juvabit. Primo, ut tamen aliquid de hac opella in univerſum dicam, cum quædam pro Gradu, ut vocant, diſputanda eſſent, animus equidem erat, rei ampliori hactenus inveſtigatione dignæ & ad forum phyſico-medicum pertinentis, ſimili contemplatione naturam aliquanto curatius disquirere atque ſub examen vocare tentaminibusque nonnullis exactius definire: aſt aliud conſilio huic interceſſit. Viri enim nonnulli, quos juſta veneror obſervantia, periculis ſolitis pro obtinendis legitime honoribus exantlatis, de Themate, quod apud animum propoſueram, certiores a me facti, illud quidem minime a fine abhorrens cenſebant; Statutis tamen legibusque Facultatis accommodatum magis fore putabant, ſi in præſenti Schediaſmate aliquod Practicis Diſciplinis affine magis propiusque eas reſpiciens pertractarem argumentum. Ego inde, qui legibus obſecundandum eſſe, ratam maxime exiſtimem legem, meditatus ſum de eo, cui qualeſcunque haud impares forent vires, eligendo ſcriptionis Argumento, memor interim illius prudenter a Poëta dicti, quo jubet *ſumere materiam* ſuis *æquam*

Viribus, & verſare diu, quid ferre recuſent,
quid valeant humeri.

Hinc & jure utique primum

Reſpicio, & quæ ſit me circum copia luſtro.

Occurrit inde memoria ejus, cujus aliquam utcunque delineationem hic exhibeo præſenti in libello materiæ, quæ eo quidem dignior mihi viſa fuit, cum in primis necdum omnia in generali hac morborum fluida afficientium hiſtoria ſecundum curatiores cogitandi leges diſpoſita eſſe, a Summo Viro accepiſſem, Ipſumque Illuſtrem hunc Præceptorem varia circa capita hæc paſſim ſolide, ut ſolebat, monuiſſe grato animo meminiſſem. Quid ergo? Tenuium copiarum ſuppellectile inſtructus hæc telæ ulterius longe ornatiusque pertexendæ ſtamina poſui, cum ſic tenui labore nec inutilia tamen aut ingrata penitus dixiſſe ſaltem velle videar.

Al-

Alterum hoc loco eſt, ne quis miretur, quod potiſſimum Botanicorum, in Regni Vegetabilis incolis deſcribendis more, partitam in Genera Superiora inferioraque morborum familiam ſiſtamus ac hoc modo inſcripſerimus. Præterquam enim quod a Philoſophorum hac in re placitis in univerſum non receſſeris quoque, inter Medicos pariter hac in cauſa præter alios provocare licet ad nuperum exemplum Illuſtris, qui nunc menti occurrit, Monſpelienſium Profeſſoris FRANCISCI BOISSIER DE SAUVAGES, qui aliis etiam utiliſſimis ac dignis Scriptis celebris utique Vir, morborum Differentias hac ratione expoſitas dedit (a).

Demum ſimplices cæterum ſunt, nec compoſitæ adeo quales in corpore occurrunt & quales eas præſentes etiam attento ad utraque ex quibus conflatam fabrefecit machinam Summus Naturæ Auctor, oculo medentem reſpicere oportet, quæ hic pertractantur ægritudines; cujus conſilii rationem & res ipſa & pertractatio noſtra prodit: ut interim poſſis potiſſima ex ſummis huc referendis ad Fluida pertinentium ſimplicium morborum capitibus, his primis Disquiſitionis lineis comprehenſa uno eoque Naturæ veſtigia legente ordine pervidere.

---

§. I.

Fluidi a quibusdam propoſiti characteres. Ejus Solidique confinia & limites utcunque generatim determinantur.

De ſummis Generibus morborum ſimplicium, qui corporis humani fluida invadunt iisque ſæpenumero ſat graves atque damnoſas inferunt moleſtias, præcipua in præſenti libello academico expoſituri & qualicunque Commentatione ac diſcurſu illuſtraturi, ex primis ſolidiorum anatomicarum & phyſiologicarum doctrinarum initiis ſupponimus tritam ſatis atque declaratam ubique veritatem: Conflari Corpus humanum ex diverſi generis ſolidis continentibus, ac fluidis in prioribus contentis partibus, ex quibus mirifica inter ſe harmonia junctis, a

 Sum-

(a) *In Noſologia Methodica, qua morborum Claſſes, Genera & Species juxta Botanicorum mentem & Sydenhami ordinem ſiſtuntur. Amſtelod. 1763.*

Summo Naturæ universæ Auctore incredibili sapientia compositum sit ac fabrefactum hoc machinæ animalis genus. *Solida* quæ etiam aliis *Firma* audiunt, duce generali Physicorum doctrina, ea a bene multis dicuntur, quæ majori præ reliquis partium cohæsione gaudent, & ad quorum igitur partes a se invicem divellendas ac disjungendas major quæ adhibeatur, vis requiritur. *Fluida* ex adverso ab iisdem appellantur, quorum partes parciori ac leviori adeo cohæsionis gradu dotatæ sunt & tali determinato in se invicem mutuumque contactum nisu tendentia, aut qua alia accommodata utcunque idea rem explicare perspicuamque magis reddere volueris, feruntur, ut minori etiam leviorique virium potestatumque agentium gradu opus sit ad eas a se invicem separandas, disjungendas, solvendas & extra nexum ponendas particulas (b). Cum autem hæ continuo propositæ solidi ac fluidi ideæ, uti vel unicuique apparet, nondum satis determinatæ fixæque sint, ut citra erroris periculum inde discriminis certa nota desumi & ad res obvias secure applicari possit; siquidem majus minusque varias admittat limitationes & sua cuique propria cogitandi ratio & pro unitate ad quam referatur assumta mensura multum hic in dijudicando diversitatis inducere valeat, quin potius aliquo sensu ad vagas, quas Philosophorum chorus appellat, ideas referendæ sint: accuratius inde ut determinarent aliqui ex Physicis fluidi solidique limites, eos hactenus ita restrinxerunt, ut fluidum dicerent, cujus partes minori adeo vi inter se cohæreant, ut pondus quantitatis quæ ad summum piso circiter æqualis esset, eas a se invicem separare valeret. Haud nostrum nunc est, nec hujus loci, quod facili utique opera admissurum æquum confido censorem, dicta hæc ulteriori ampliorique sermone discutere, aut curatius paulo persequi, num hi a nonnullis propositi characteres distinctivi sufficientes sint atque adæquati, ad fluidum corpus a quovis alio oppositi generis subjecto naturali distinguendum

(b) Ut ex insigni aliquem adducam choro, vide, si grave haud fuerit, quæ hac de re interim paucis habet Ill. Russiæ quondam Archiater, JOANNES DE GORTER in *Compend. Med.* T. I. §. I. seqq. & S'GRAVESANDE *Elem. Phys. Mathem. I.* 13.

dum ac difcernendum (c): id interim cum ex hactenus dictis, tum ex attenta univerfæ naturæ contemplatione fatis apparere & femet prodere putamus: Firmi feu folidi fluidique in univerfum confinia ex his ipfis notionibus vix adeo ex affe & accurate fatis, quod rite conftructa poftulat definitio, determinari figique poffe, cum, ut hoc unice nunc addam, & hic inter Maximum & Minimum, inter fluidiffimum & vere durum corpus plurimæ in fcala eundo redeundoque intermediæ, mollium varie & tenuiffimis leviterque cohærentibus partibus præditorum corporum e. c., deprehendantur ac intercedant varietates & gradus, in quorum nunc quafi limite aliquo ultimum, minimum folidum, primumque fluidum inter fe confluere videantur. Adfentientem ea in caufa habemus Illuftrem Præceptorem, C. G. LUDWIGIUM in *Phyfiol. P. I. Cap. I. §. 125. not. fubjecta.* In univerfum interim, liceat enim dictis pauca adjicere, in declarando curatius hocce difcrimine, ad exilitatem particularum fluidum conftituentium feparatim confideratarum, fenfuum noftrorum aciem effugientium, earundemque levem adeo atque exiguam cohæfionem, ut fub quovis etiam mutato corporis fitu pofituque facillime fupra fe invicem moveantur, refpiciendum effe ducibus Clariffimis ita fentientibus ex Phyficorum Claffe Viris arbitramur.

§. II.

Inftituti & proponendorum capitum ratio propius, minutius aliquanto declaratur ac determinatur.

Quamvis autem de fummis ita generibus morborum, qui fluida & liquores corporis noftri animalis afficiunt, fimplicium, hoc eft, non in plures adeo & minus compofitas ægritudines refolubilium, qui fimplicis generalis utique conceptus, quo in multa, varia refolutionem non admittit, in præfenti dicendum nobis fit; id tamen confeftim ad initio monemus, non noftrum hic fermonem eo proceffurum, nec occupatos nos fore in de-

 claran-

(c) confer autem, fi lubet, b. GEORG. ERHARD. HAMBERGERI *Elem. Phyf.* §. 110. & PETRI V. MÜSSCHENBROECK *Effai de Phyfique T. I. Chap. XX. n. 687. feqq.*

clarandis ex generalioribus principiis aſſumtisque theoremati- bus ac corporum affectionibus univerſalibus, morboſis illis & præternaturalibus conditionibus, quæ in minimis particulis fluid- æque ac ſolida Corporis Noſtri componentibus,ut talibus atque i- ſe & ſeparatim ſpectatis, intentæ potiſſimum mentis acie diſtin- gui poſſint, ac aſſumi: quin potius quatenus ſaltem earum al- quæ conditiones proprietatesque unice relativæ, in iisdem non adeo ſeorſim ſed in mutuo conſideratis nexu & mixtione ſe o- ferentes, ex morborum phoenomenis declarari, colligi, adqu- eas recte, citra erroris & precariæ hypotheſeos periculum in- ferri ex veris nec plauſibili tantum genio ſe commendantibu- fundamentis poſſit, in vitiorum qualitatis in primis hiſtoria ob- ſervabimus, & disquiſitione inſtituta propoſituri erimus. L- cet enim, præſuppoſita ex chemicis doctrinis *Mixti* atqu- *Aggregati* differentia, in minimis particulis mixta conſtituen- tibus earumque læſa proportione ſtamina atque cauſæ pluriun morborum, in fluidis utique qui deprehenduntur, lateant at- que ex his principiis repetendæ ſint: tamen cum partim in hi- ſimpliciorum ſubtilioribus & a ſenſuum fide longius remoti- nec niſi per effecta ſua obſervata conjectura aliqua aſſequendi Disquiſitionibus, ſufficientia haud raro, quæ ſolerti indagato- ri jure poſtulantur, deſint adhuc nobis Data, quo horum ſcil- cet ope, in toties variata ſanæ morboſæque mixtionis & huju- diſcrepantium dein combinationum indole, ad claram diſtin- ctamque offerentium ſe quorumcunque morborum cognitio- nem pervenire queamus, partim deinde quoque in hoc Speci- mine ad fluida C. N. collective ſumta nunc reſpiciamus: ea con- ſideratione jam ex induſtria ſuperſedere licebit.

§. III.

Objectio aliqua generalis anticipatur atque diſcutitur.

Ne vero aliquis hæc perluſtrans, interim objiciat, nos in uni- verſa hac de liquidorum vitiis Tractatione officio rite fungi hau- poſſe, cum non æque pariter ad ſolida eorumque a naturali ſtat- deflectentes conditiones reſpexerimus, ſiquidem tamen fluida i- Corpore Hum. a ſolidis contineantur ac coerceantur, in iisqu-

dun-

dum vivit homo, jugi flumine moveantur; etiam id hoc loco monuiſſe non incongruum duxerim. In eo ſcilicet facile nos unusquisque conſentientes habebit, quod ſpecialis quilibet, multoque magis individualis morbus in Corpore Noſtro occurrens, ita comparatus ſit, ut in eo tam partes continentes quam contentæ, hoc eſt, tam ſolidæ quam fluidæ attendendæ ſint, utpote quarum utraque vel vitio laboret, vel ſi in principio etiam alterutra ſaltem læſa ſit, altera paulo poſt arcto quo continentur ambæ vinculo in mutuam mali conſenſionem trahatur ſimulque præternaturaliter afficiatur: in eo interim quemque viciſſim nobis ultro ſuffragaturum exiſtimamus, quod ordinis melioris-que diſtinctionis in rebus compoſitis præcipue gratia, unum ex connexis ſæpenumero in ſcientiis ſine altero conſiderari atque ſeorſim & per ſe ſpectari poſſit, uti id quidem in diſciplinis ſolenne eſſe aſſolet. Ea enim ratione tum mentis noſtræ imbecillitati ſubvenire, tum a ſimplicioribus ſenſim ad compoſita magis tranſeundo deſcendendoque, clariores diſtinctasque magis e objectis efficere ſolemus ideas. Quare & hæc in univerſum nunc dicta & ad præſentem rem applicata, diluendæ huic objectioni ſufficere arbitramur.

§. IV.

Claſſes morborum ſummæ, ad quas hic reſpiciendum conſtituuntur.

Ita quidem objecto disquiſitionis noſtræ utcunque determinato, ad ipſum ulterius & paulo curatius diſcutiendum nunc procedamus. Ergo in dijudicandis vitiatorum fluidorum ſimplicioribus ac ſeorſim conſideratis morbis & ægritudinibus, duplex locum obtinet primaria contemplatio. Reſpicere enim indaganti licet, partim ad vitiatam liquidorum *Quantitatem*, partim ad læſam & depravatam perverſamque factam *Qualitatem.* Hæc enim duo pertinent inter potiſſima & primaria, quæ in liquidis ſeorſim, per ſe & abſolute ut læſis ſpectatis, diſtinguenda occurrunt & quæ proinde in noſtro conſiderationis genere perpendanda in primis nobis erunt. *Motus* læſi vitia, ſi quis nobis opponat, ea nunc quidem huc non referemus nec hoc loco

diffe-

differentes ob caufas tangemus; fiquidem illa, ut hoc unice addam, humores in fuis vafis motos & circumactos fupponunt & in iis adeo rite nec perfunctorie declarandis ad folidorum varie læfam texturam, fabricam, mechanifmum cet. eorum virium variam demum labem, fluidorumque genium & indolem refpiciendum effe & neutra penfitantem hæc digne potius quam qualitercunque carere poffe confideratione, ficque hanc multiplicem labem aptiorem utique alibi invenire locum apparet. Id interim lubentes utique damus & ipfi omnino profitemur, varia recedentis a norma motus humorum vitia, neglecta hactenus folidarum partium contemplatione, quod ad earum fcilicet a recta fani linea defectum pertinet, a nobis hic feorfim & æque pariter fpectari potuiffe, ut aliquos omnino motus morbos ad hunc cenfum propius etiam omni jure referri debere concedamus: cum tamen vel parum utique dicendum vel divellendæ omnino fuiffent res conjunctim fatius tradendæ, nifi nimis forte aucta evafiffet libelli hujus moles, eam utique totam rem intactam potius relinquere juvabit.

§. V.

Morborum Quantitatis prima & generalis Diftinctio.

Morbi igitur, qui primo loco a nobis confiderandi veniunt, quantitatem fluidorum læfam ac vitiatam fiftunt. Cum vero quanti ea fit conditio, ut augeri atque minui poffit, læfio quantitatis liquidorum corporis noftri duplici contingere poterit ratione. Fiet enim vel

α) ita, ut quantitas & copia Maffæ Humorum C. N. augeatur nimis atque excedat; vel

β) ea ratione, ut quantitas humorum fuis in cavis reperiundorum imminuatur nimis adeoque fupra modum deficiat. Prius adeo vitium in excedente & fupra quam par eft abundante quantitate fluidorum eorumque læfa & difturbata proportione refpectu folidorum continentium pofitum eft; alterum defectu minutaque humorum copia abfolvi deprehenditur. Quamvis enim in univerfum ratio fluidi ad folidum in C. H. femper quidem major fit, ut fluida continuo exfuperent firma, isque

ex

exceſſus habeatur deprehendaturque ſi hominem ab inconſpicuo initio & punctulo fere, ubi totum inſtar muci & gelatinæ diffluit corpuſculum, ubi plurima viſcera partesque ſub albo gelu habitu adhuc latent & molliſſimas eſſe oportet vias quas in eo muco artuum viſcerumve aut in cerebri aqua cogitare poſſis, dum ab hoc inquam principio exorſus, eum per turgidulam ſuccis infantilem ætatem ad ſummum incrementum & exſuccam rurſus, rigidam aridamque decrepiti ſenis formam per varia vitæ ſtadia perſequutus fueris; ejus tamen inſimul memorem eſſe oportet, laudabilem quidem hanc fluidi humorisque in Corpore humano quantitatem non adeo ad certum aliquod pondus adſtringi poſſe, ſed cum aliqua potius latitudine aſſumendam eſſe, qua variam ætatem, ſexum, temperamenta comprehendat iisque conſentaneas fluidi ad ſolidum rationes ſiſtat, ita tamen ut nec quilibet hic exceſſus aut defectus impune feratur; quæ utique poſitio per conſtantes Naturæ leges & oeconomiam corporis animalem rata habetur.

§. VI.

Primus Quantitatis morbus, Plethora, πολυχυμια, ejusque idea & notio.

Ergo nunc prius quantitatis fluidorum læſæ vitium & labem (§. V.) deſcriptam, paulo jam arctius interim, ut res ipſa exigit, circumſcribendam, generali *Plethoræ, πολυχυμιας* titulo comprehendimus eamque hoc nomine inſignimus, in univerſum ſequentem in modum curatius determinandam. Siſtit nempe nobis *Plethora* hæc (d) ſeu πολυχυμια (e) Abundantiam

(d) Adſentientem in latiori notionis extenſione habemus Ill. Virum LUDWIGIUM, *in Inſtitt. Pathol.* §. *934 & 35.*

(e) Licet paulo latius patentem, quam quidem vulgo fieri ſolet, plethoræ ideam poſuerimus, dum a multis utique ad exceſſum ſanguinei humoris boni tantum reſtringatur; quoniam tamen rei ipſius potiſſimum rationem habemus, abundantiam & copiam laudabilis fluidi in univerſum conſiderando, ſicque fere ad vocem redeat, hac contemplatione habita, diſſidentium diſcrimen; nulli adeo contraria-

tiam Massæ laudabilium humorum in circulo universali constitutorum, excedentem adeo, ut superpondium hoc absque sanitatis dispendio & disturbatis functionum integrarum conditionibus ferri nequeat. Circa propositam hanc Plethoræ ideam cum varia forte speciose satis moneri posse prævideamus, opus esse videtur, ut eam paucis tantum additis clariorem reddere adspersisque nonnullis illustrare & dilucidare studeamus. Et ita quidem primo in formata prolataque notione discedimus cum Illustri Præceptore a communiori Scholarum illorumque sententia, qui Plethoram definiunt, quod sit abundantia boni sanguinis rubri. Nec incongrua est, uti videtur hactenus, sed commendabilis utique, si rem ipsam spectes, quin & vocem respicias, ita sentiendi ratio & causa. Id enim ex physiologicis certum hic omnino supponimus principiis, non unice saltem dari in Corpore Nostro vasorum, in quibus circumflui humores in circulo universali moveantur & circumducantur, purpurei laticis systema sanguiferum, quod scilicet unicum & solum circulationis ac circumeuntis fluidi systema reputandum sit, ut inde opus haud videatur neque consultum omnino aut Naturæ respondens sit, plenitudinem & copiam humorum excedentem, cujus præsentiæ ideam vox exprimit atque declarat, ad solum hoc systema rubrum & connexam vasorum sanguiferorum seriem referre atque restringere, cum universalior potius & paulo latius posita sic idea id commodi omnino præstet, ut varia Genera plenitudinis exinde apte demum deduci ac derivari possint, quæ ad veræ abundantiæ humorum & πολυχυμιας Classem magno cum jure referri pro sua natura ac indole merentur:

riabimur iniqui si etiam cum Ill. H. D. GAUBIO abundantiam Massæ Humorum, bonorum tamen, generatim spectatæ supra modum exsuperantem, scil. ut turgens oneri sit & functiones turbet, πολυχυμιαν vocare, sicque πληθωρας vocem pro sanguinis, rubri illius seu purpurei laticis in propriorum vasorum systemate excessu determinando adhibere, aliquis maluerit. Quare in seqq. hujus libelli hæ voces nobis pari, quod ajunt, passu ambulabunt. Videas *Celeb. Viri Patholog. med. n. 385.*

rentur, uti id in ſequentibus aliquanto curatius videbimus. Neque porro altero quidem loco ſibi conſtare firmoque inniti putarit forte aliquis talo, quod plethora a nobis determinetur ſaltem, ut abundantia Sanguinis Humorisque laudabilis & boni. Verum mota hæc dubitatio ſuccincta diſputatione h. l. expediri utcunque poterit. Hoc omnino enim lubenter tamen fatendum atque Viris longe ſupra noſtram laudem poſitis largiendum exiſtumamus, facili utique opera quemvis punctum aliquod & intervallum temporis cogitare ac mente ſibi ſiſtere poſſe, quo, licet exſuperans ſit liquidorum in vaſis moles, ea tamen nondum cum depravatione humorum ſeu ita dicta cacochymia, inferius tractanda, conjuncta ſit atque ſtipata; ut adeo ſolum & unice tunc ſanguis humoresque boni quantitate, ſine notabili qualitatis læſione, peccare morbumque hunc ſiſtere videantur (f): unde plethoræ absque cacochymia poſſibilitatem & facile animo concipiendam ideam nemo hactenus negaverit aut infirmarit; quamvis interim & hoc addi debeat, quod prudentibus Medicis ſolertique ſtudio naturam indagantibus Viris ſatis ſuperque notum ſit atque compertum, plethoram foecundam eſſe cacochymiæ ac depravatæ humorum indolis matrem, eamque intercedente tempore & ſucceſſive demum hanc humorum corruptionem inducere & velut pediſſequam ſibi habere. Neque, quo dilucidior etiam hac in cauſa evadat ſermo, difficulter id ipſum ex oeconomia Corporis Noſtri animali intelligitur, qua ſcil. fit in exemplo, ut diſtento a copia & ſuperpondio humorum ſyſtemate Vaſorum majorum, comprimantur minora, atque debita juſtaque inde evolutio variorum & diſcrepantium ex ſanguinis penu ſecedentium liquidorum & eadem efformantium particularum molecularumque impediatur, ſicque ea quæ ſeparari neceſſe erat, nunc reſidua relicta, totam Maſſam inquinent, perverſamque hanc varie mixtionem inducant. Ita vero ex modo dictis his liquido, ut videtur, apparet: Poſſe utique plenitudinem humorum cum cacochymia ſimul adeſſe atque abundantes nimium cum malis iisdem atque perverſis ſuccos

(f) Quæ etiam ſolide monet Magnificus & ætatem venerandus Illuſtris Præceptor LUDWIGIUS *l. c.* §. *936.*

una consistere, darique omnino Subjecta quibus utrumque hoc commune sit vitium. Non ergo plethora ea ratione supponi continuo & omni tempore ex asse atque perfecte demum bonos, quales quidem in humano corpore supponere possis, succos, ut hac deficiente conditione & simulac ista passim levior in ratione abnormis quadantenus accesserit mixtio, conceptus omnis ejusdem evanescat, cum utique & in succis hactenus non adeo perversis scatente nec ob leviores hinc inde maculas cacochymico dicendo corpore plenitudo excedensque differentium humorum moles locum invenire queat, simulque coexistere possit. Verum ex his, quæ sincerus protuli, non continuo ad illegitimam constructæ notionis nostræ rationem inferre licebit. Quoties enim boni laudabilesque, modulum licet excedentes, in Corpore moventur circumeuntes humores, notabili cæterum atque insigniori qualitatis vitio carentes, cujus præsentia per convenientia phoenomena se monstret, toties quoque hic merito in imponendo nomine ad quantitatis vitium potissimum respicitur; & sensim paulatimque dein mutata humorum indole in perversam vario gradu qualitatem, morbus in cacochymiam transit, atque hic rursus pro diversa conditione varia sortitur induitque nomina. Id cæterum omnino ex superius allatis apparet: Plenitudinem in universum quidem cum discrepante humorum indole ac labe complicari posse, ut medenti haud raro ad utrumque vitii genus respiciendum sit. Denique unum adhuc, idque brevissime, addam, circa datam notionem quod monendum superesse videtur, & quod ad prima ejusdem verba referendum, rationem declarat, cur paulo arctioribus adhuc hunc conceptum circumscribere oporteat limitibus, quam illi sunt quibus fluidi laudabilis in corpore cujuscunque determinati patet præsentia termini. Nimis scilicet improprio & longius ab usu etiam Medicorum recedente sensu, Plethora omni & cuicunque particularium fluidorum abundantiæ atque excedenti in quacunque corporis animalis provincia liquidorum moli tribueretur, ut adeo ad hanc Classem etiam fluidorum extra circuli universalis euntis redeuntisque circuitus imperium & leges perfecte jam constitutorum atque in Cavis

pecu-

peculiaribus collectorum neque per ſtatas corporis leges in universalem circuitum rediturorum exſuperans eaque cava & receptacula vel ſupra modum diſtendens copia & plenitudo huc referenda eſſet; id quod vel unico obſcoeni illius & excrementitii, per renes percolati liquoris, cavum ſuum & membranaceum receptaculum nimis diſtendentis exemplo refutaretur atque a familiari Pathologorum diſcurſu, absque aliqua quæ gravitate ac foecunditate ſe commendare poſſit, ratione alienum ſiſteretur (g).

§. VII.

Ulterioris Tractationis ordo exponitur.

Ita generali plethoræ, πολυχυμιας ſeu abundantiæ & plenitudinis humorum, quoad ejus licuit in univerſum, idea diſputata (§. VI.) atque ſuccincte ſimul vindicata ac ſuffulta, ad aliud continuo circa præſentem rem negotium devolvimur ſponte. In eo enim, fixi limitis aptique nexus & cohærentiæ ergo, nostram jam utcunque verſari oportet operam, ut varia eaque reapſe

(g) A plethora cæterum atque πολυχυμια diſtinguendum eſſe egregie bonum corporis habitum, aptamque & vegetam nutritionem, quæ conſpicitur in homine illibata viſcerum integritate fruente, bene nutrito paſtoque, in quo rotundulum corpus & vividus genarum ac faciei color vegetumque functionum exercitium aptam in minimis nutritionem & elaborati ſucci ex aptis cibis parati appoſitionem produnt, vix eſt quod moneamus: quæ, tantum abeſt, ut morboſum ſiſtant plenitudinis ſtatum, qui tandem potius exceſſu nimio humorum læſaque reſpectu ſolidorum proportione, qua vegetus & liber functionum progreſſus impeditur, exſurgit atque a recta ſanitatis norma & linea in morbum noſtrum ceu gibbam aliquam deflectit.

Neque immorari opus erit nonnullorum atque in primis *Helmontii* commentis, qui plethoram ſtrictius ita dictam & pro boni humoris purpurei exceſſu aſſumtam ex ægritudinum Claſſe eximendam putat & perſuadere cupit. Ficulnea adverſariorum argumenta vocat, quibus rem tanti momenti exploſam iverunt H. D. GAUBIUS, quem ad *Helmontii* argutias inprimis inſimul reſpicere credo *l. c. n. 387.*

reapſe diverſa plenitudinis genera ex præmiſſis notionibus apte deducamus, & horum inferiora ad ſuperiora ſua conſtituta genera relata, legitime ad boni ordinis amuſſim juxta ſe ordinemus ac collocemus. Qua quidem in re eo cautius verſandum erit, ut caſtæ ſeverioriſque methodi, quantum permiſſum conceſſumque fuerit, leges ſequaris, cum non æque ab omnibus Pathologis verum diſtinctionis ac diviſionis genuinum fundamentum in ſubordinandis generibus ubique curate ſatis & quemadmodum limatior cogitandi ratio requirit, obſervatum fuiſſe videatur. Juvabit ergo in his quid ſentiamus, nunc exponere diſtinctius.

§. VIII.

Plethoræ diſtinctio in Veram & Spuriam proponitur.

Satis utique nota eſt prior illa diſtinctio, qua Plethoram in *Veram* atque *Spuriam* diſcernunt: quarum illa ſit, quæ veram humorum plenitudinem ac abundantiam conjunctam habet (h); hæc atque poſterior, quæ eam non reapſe ſiſtit, ſed tantum præſentiam ejus mentitur, ita quidem ut ſymptomata plethoricis veris communia & his utcunque analoga oſtendat ac præ ſe ferat (i). Inde vero in ſubordinandis his ipſis inferioribus

ſui

(h) Hanc plethoram & *πολυχυμιαν* veram etiam non incongrue *ad molem* vel rectius *ad Maſſam* dixeris; ſiquidem ex mechanicis diſcriminis inter Maſſam & Volumen Corporis memor fueris. Prior certe titulo molem humorum rubrorum reapſe ita exſuperantem, ut vaſis continentibus præ nimia diſtenſione incommoda ſit, appellat Celeb. Vir. H. D. GAUBIUS *l. c. n. 388.*

(i) Ne nobis ipſi hic utcunque defuiſſe videamur, circa receptam hanc diſtinctionem plethoræ paucula afferre liceat. Nempe non eam adeo noſtram facimus, ut ſecundum accuratiſſimas Logices regulas legitima poſſit haberi Generis in ſua inferiora diviſio aut partitio; ſiquidem & notio & ipſum jam ſpuriæ plethoræ nomen diverſitatem & diſſidentem ejus a Genere naturam demonſtrent. At rei interim ipſius hoc nomine comprehenſæ utique dignitas & morborum ad hanc

Claſſem

ūis, ut putant, generibus, *veræ* unicum, *sanguineam* scil., con-
tituunt atque eidem subscribunt, quem nonnullorum, quod
uidem eorum pace dixerim, errorem non immerito ex præ-
uppoſita illorum antehac (§. VI.) declarata notione deduxeris:
eliquas inter *ſpuriæ* seu *Nothæ* familiam didunt. Verum atten-
enti tantummodo ad ea quæ paulo ante in principio (§. cit.)
nonuimus, id haud accurate satis fieri patebit. Cum enim
nguinea plethora, ut hoc quidem præripiam, ſiſtat abun-
antiam in Vaſorum ſanguinem purpureum & cruoris ſphæru-
s vehentium ſyſtemate; id autem non unicum ſit in Corpore
oſtro vaſorum ſyſtema, in quo abundans circumeuntium hu-
norum plenitudo moveri ſaltem poſſit, quod continuo oſten-
emus: haud difficulter inde intelligitur, minus recte hanc
nicam, veræ Plethoræ & ſuperabundantis reapſe humorum
aſſæ ambitum abſolvere & conſtituere poſſe. Quæ inde ad
eram Plethoram & πολυχυμιαν jure pertineant, quæ vero
[illegible] ad

Claſſem pertinentium cognitio ſcitu neceſſaria, effectuum porro & ſymptomatum, quibus ſe produnt, cum vera πολυχυμια & plethora utcunque obſervata analogia & ſimilitudo, receptus denique diu in ſcholis uſus ſummorumque in Arte Virorum auctoritas eam quodammodo tuentur. Monuiſſe ſufficiat, cum rem ipſam nulli negemus, non aptum ſatis locum adſignatum ſaltem putemus.

Neque in hac qua circumſcripti ſumus brevitate, aliqua addituri erimus, de ea quæ quidem ex nonnullorum neotericorum etiam paulo adhuc latiori Plethoræ ſv. πολυχυμιας idea elici utique poſſit, diſtinctione in euchymam atque cacochymam: prout nempe vel laudabiles vel cacochymiæ labe infecti fuerint, qui abundant humores. Complicatum enim hoc poſterius vitium partim ex iis quæ de Plenitudine & Dyſcraſia pro fine noſtro dicentur, planum fiet & facile applicatis iis, ſervato interim debito ejus diſcrimine, intelligetur; partim ob combinatum hic plenitudini ſuperabundanti qualitatis notabile vitium, utique latius differentibus ex inferius dicendis quædam huc parum utili opera trahenda & prælibanda eſſent. Superius cæterum dicta ad cenſum hunc pertinentia hic repetere, ſupervacaneus foret labor.

ad ſpuriam ita dictam potius referri mereantur, nunc curatiu
erit diſpiciendum (k).

§. IX.

Ad accuratius declarandam Veræ Plenitudinis differentiam ac diverſitatem, quædam ex phyſiologicis poſitiones repetuntur.

Ergo ex iis, quorum in phyſiologicis amplior diſputa inſtituitur, neceſſe eſt, ut ſuccincte & ſtrictim repetamus priu Sanguinem noſtri Corporis, qui ſibi permiſſus ſponte in dive ſas & genio diſſidentes partes ſecedit, primario quidem in S ſtemate Vaſorum rubrorum, hoc eſt, eorum, quæ purpureu vehunt humorem, contineri, atque vi cordis in eosdem can les conicos vel potius ex ſerie cylindrorum ſibi invicem ada tatorum, quorum lumina ſigillatim decreſcunt, compoſitos ramoſos projectum, moveri, ita ut cruoris ſeu ſanguinis ſtricti ita dicti globuli cum ſeroſis & diaphanis liquoribus in tubis canalibus fluant atque ferantur; inde vero poſthæc ex lati hoc & flumine, tamquam ex penu & fonte liquorum Corpo Noſtri univerſali, ſucceſſiva quidem molecularum ſeceſſio ſeparari in continuatis connexisque rivulis tenuiorum Vaſoru h

(k) Alia adhuc quam locus tangere jubet, obtinet plethoræ æque co munis fere diſtinctio, qua eam veteres inprimis in Plethoram *Vaſa* & *ad Vires ſu: προς αγγεια*, & *προς την δυναμιν*, diſt guere ſolent. Adeat quis, in exemplo, BOERHAVII *Prælect. in In rei medicæ edit. Ill. de* HALLER. *T. VI. n. 517.* ubi expoſitas veniet has ideas. Sed ne eidem diutius immoremur, quodna huic diſtinctioni ab accuratius cogitantibus pretium ſtatuendum docet Ill. LUDWIGIUS *Inſtit. Pathol.* §. *937. not. ſubjecta.* Neq ab hac utique ſententia ut recedamus, efficere videntur quæ nu reperimus apud Ill. GAUBIUM *l. c. n. 391.* quæ ſcil. ad ornandam Sc larum doctrinam uſurpari poſſint argumenta. Ea enim phœnom na effectusque morboſi utique veras ſiſtunt ægritudines; ſed qu nec inde ad legitimam diſtinctionis hujus indolem inferri queat, omnino perſpiciet, qui tam ad citatum Magnifici LUDWIGII loc recurrere, quam exponendarum in hoc libello præternaturalium a ctionum hiſtoriam curatius perpendere velit.

umores tenuiores ac subtiliores; ac inter reliquos speciatim x eadem scaturigine provenire etiam illud nutritioni destinati, andi, gelatinosi, coagulabilis utique ac densabilis naturæ hu-oris genus, quod nutrititiæ lymphæ nomine insignire solenne t, quod scil. solidis debite per actionum vigorem apponatur erumque assimiletur, ut inde per varias & inevitabiles Vitæ nctiones continuo inducta jactura resarciatur & loculi vacui elatinoso liquido repleantur. Inde porro Vasorum valvuloso-um lymphaticorum & glandularum conglobatarum Systema lerti clarissimorum in anatome ac physiologia Virorum indu-ria pariter quoque constitutum curatiusque & uberius declara-m habetur. Siquidem eadem duce testeque, pellucida hæc mpham vehentia vascula, ex cellulosa maxime tela origi-em ducentia, glandulas dictas plurimis omnino in locis leunt, in iis glomerulis ramosa dividuntur, transeunt, veno-iterum more radiculis suis in majores trunculos colliguntur, sque dum itinere absoluto vel in grande Vas lymphaticum, ii a PECQVETO nomen tribuere solent, vel nonnullis certe in cis in Venas rubras terminentur & liquidum suum deponant; iorum equidem accuratiorem etiam historiam, post aliorum hac Vasorum classe impensos quoque labores, expositam de-runt suisque periculis varie circa eorum originem inprimis, nem s. insertionem cet. meruerunt, quos hic inprimis addu-re fas est, Ill. MECKELIUS atque MONROUS (l). Demum cel-lare pariter late adeo patens ac dominans per universum cor-is systema haud minus notum est atque perspectum, in cujus atiola & cavernulas roridus vapor & portio olei ac gelatinosi quoris deponitur, ibidemque in cavernulis in se mutuo paten-ous reposita hæc, ex parte iterum in hiantia venarum oscula sumuntur.

§. X.

(l) Prior scilicet in *Epistolari Dissertat. ad Ill. de* HALLER data de *Venis lymphaticis glandulisque conglobatis.* Posterior Clarissimus ALEXANDER MONRO ALEXANDRI fil. in Dissert. de *Venis lympha-ticis valvulosis & de earum in primis origine.*

§. X.

Primum plethoræ veræ Genus.

His paucis nunc, uti æquum erat, fundamenti loco po-ſitis atque præmiſſis, *primum Genus plethoræ & πυλυχυμι-veræ*, ſiſtet copiam laudabilium humorum excedentem abun-dantemque in Vaſorum rubrorum ſeu ſanguiferorum ita dictoru ſyſtemate; eaque a multis pro genuina unice recepta univer-ſam veræ extenſionem abſolvere ac emetiri putatur. Hæc cum in primis vaſa majora a mole contentorum liquorum diſtend-ponat, fieri aliter nequit, quin utique minora ſecretoria & la-teralia haud raro inde comprimantur, ut adeo ſecretio atque ſe-ceſſus variorum humorum tenuiorum ex purpureo ſanguine ſe-parandorum hac de cauſa turbetur ac impediatur, & liberior huic ſeceſſui ac ſeparationi remora diverſimode objiciatur, inde demum penuria in minoribus tenuioribusque ex rubris prode-untibus & cum iiſdem connexis vaſis oriatur. Hinc phoeno-meni rationem reddere licet, cur plethoricis his veris ſeroſæ ac aquoſæ ſecretiones nonnullæ parciores plerumque eſſe ſoleant. Familiaria iiſdem cæteroquin eſſe ſolent ex communi illo abun-dantis exſuperantisque Maſſæ ſuppoſito principio pendenti ſymptomata alia. Abundans enim in ſyſtemate ſanguineo hu-mor gravat corpus, diſtendit vaſa, elaſticitatem hinc minuen-do & in univerſum fibrarum robur infringendo, efficit ut langui-dius a viribus moventibus circumducatur excedens moles; laſ-ſitudinem & gravitatem pondusque inſolitum membrorum in-ducit, citamve poſt motum corporis paulo fortiorem defatiga-tionem; ſpirandi, ſi per acclivia præſertim aſcendunt hoc ſuper-pondio onuſti, difficultatem & liberam magnamque in anhe-loſam mutatam ſpiritus ductionem; ingratum caloris ſenſum poſt commotiones animi corporisque variis de cauſis inductas; ſomnum inquietum, anxiis inſomniis perturbatum; cet. Solet his cæteroquin etiam hominibus eſſe facies florida, ſub aucto exercitio corporis in primis rubens tumidaque, in nonnullis ma-xime locis in quibus Vaſa magis conſpicua obſervantis oculo patent; diſcrimen interim aliquod hic valere & attentionem me-reri ratione diverſi vel mollioris ſtrictiorisve corporum habitu-

mo-

ıonent nuperi aliqui Celeberrimi Auctores (m). Reliqua, quiuſcum hæc πολυχυμια ſtipata atque conjuncta eſſe ſuevit, ymptomata, & quæ partim inſimul ad diagnoſtica ejus ſigna, artim ad ulteriores ejuſdem ratione elaborationis ac mixtionis umorum ſuccedentis effectus referenda, lubens in hoc articuo prætereo. Ita enim quæ ex pulſu, ex Sanguine e Vena miſſo, x habitu corporis cet. utique deſumuntur, pariter quæ ad conrmandam diagnoſin pertinent ſigna anamneſtica, & cæteras uc ſpectantes hominis conditiones, ad quoſnam denique hinc ıde morbos prædiſpoſitus habeatur in formanda prognoſi, unc, cum ſuccincte & contractius paulo differendum ſit, taniere locus non datur: cum & præterea hæc partim ad ætiologiım, partim ad ſymptomatologicam & ſemiologicam morboſi ujus affectus conſiderationem pertineant, dictisque in partibus : diſciplinis curatius exponenda ſint (n). Id unice adjiciam, ſe hanc plethoram, quam πολυαιμιας titulo ornat modo lauıtus H. D. GAUBIUS.

§. XI.
Alterum ejuſdem Veræ genus.

Alterum plethoræ veræ genus, idque non apte collocatum a onnullis, per ea quæ (§. IX.) lemmatis loco monita ſunt, abunıntiam humorum laudabilium excedentem in cellularum, Vaırum tenuiorum, lymphaticorum & glandularum conglobarum ſyſtemate ſiſtit atque declarat. Ita enim evenit, ut nonılli homines, quibus fautrix natura, alma hæc mater, Viſcera υλοποιητικα atque αιματοποιητικα dicta, quæ chymi chylique : aſſumtis confectioni & ſanguinis atque humorum elaboratio- famulantur, bona, vegeta & nulla notabili labe affecta tribuit

 atque

ı) H. D. GAUBIUS *l. c. n. 388.* & J. P. EBERHARDUS *Pathol. §. 19. ββ Schol.*

) Conferas interim Illuſtrium & Celeberrimorum Virorum ſcripta, & in primis LUDWIGII *l. c.* J. P. EBERHARDI *l. c. §. 44. aa.* H. BOERHAVII & ejus Commentatoris V. SWIETEN. Ill. Archiatrorum comitis, *Commentar. in Aphor. Boerh. T. I.* §. *106.* alios ut nunc prætermittam.

atque conceſſit, & qui iidem etiam paulo lautiori & nutrien[illegible] diæta, cibariis eupeptis atque notabilem oleoſi ac gelatinoſi copi[illegible] am recondentibus utuntur, plus ſanguinis atque tenuiorum etia[illegible] humorum, quam quidem ad munia corporis exſequenda nece[illegible] ſe erat, conficiant, atque majorem utique ſpeciatim oleoſi, n[illegible] non nutrititiæ lymphæ, ſeu ſucci gelatinoſi alibilis copiam pr[illegible] parent, qui cum nec omnis in nutritione apponi & aſſimil[illegible] ſolidis queat, nec per aptas iterum ſe- & excretiones ex par[illegible] minuatur diſſipeturque, inde cum oleoſo, ob habitum etia[illegible] accedentem in his ſubjectis minus ut plurimum reſiſtentem, [illegible] laxa ſpatia celluloſa deponitur, hucque plus juſto advecto ole[illegible] ſo cremore, nec inde proportionate reſorpto, hinc ultra fabr[illegible] cantis Naturæ conſilium & modulum collecto, cavernulæ diſte[illegible] duntur obeſitasque efficitur, & in ſimul per dictas condition[illegible] auctiori copia ſeroſi, lymphatici boni elaboratique liquoris fa[illegible] cta & accedente, humorum hujus generis tenuiorum ſeroſ[illegible] lymphaticorum abundantia exſuperansque moles in connex[illegible] & antea declarato (§. IX.) ſyſtemate inducitur. Hinc eam mo[illegible] do delineatam, non incommode *ſeroſam* atque *obeſam*, his utpo[illegible] familiarem, appellare licet. Verum hinc etiam liquet: Qui[illegible] bus ſubjectis hoc plethoræ genus tribuendum ſit, & quibuſnam potiſſimum cauſis inducatur. Quo autem paulo certior ejuſ[illegible] dem in animo lectûri ſurgat idea, juvabit paucis aliquam dubi[illegible] tationem, quæ meditantis animum facile ſubierit, removere[illegible] Ergo, ſi juvenilem ſpectes ætatem, in ea conſtitutis plerumqu[illegible] ſat felix etiam ciborum appetentia adeſſe ſolet, atque dum vo[illegible] races præſertim, plus quam quidem neceſſe videtur aſſumunt ob viſcerum quoque, chylo & ſanguini conficiendo deſtinato[illegible] rum, illibatum vigorem, majorem quidem copiam laudabilium humorum & ſucci nutrititii ex cibis bonæ notæ parant; hin[illegible] credere fas eſt, huic utique vitæ ſtadio, dictarum ob conditio[illegible] num præſentiam, familiare omnino & frequens fore hoc pleni[illegible] tudinis genus; cui theoremati autem experientia refragari videtur[illegible] Sed ſolvitur haud difficulter, ſi ad concurrentes inſimul condi[illegible] tiones reſpexeris, non inextricabilis nodus, ut ſua conſtet ve[illegible] ritati auctoritas. Cum enim in hoc ætatis articulo conſtituti[illegible]

partim

artim rapidior ex se soleat esse humorum circulus, cujus len-
ior intra datum tempus progressus depositioni & secessui oleosi
umoris favet alias, partim etiam vita utplurimum sit vegetior
tque magis exercitata, demum corporis quoque incrementum
dhuc succedat; efficitur his ipsis, ut superfluum forte non adeo
icile coacervetur, sed potius per auctas hinc inde se- & excre-
ones nonnullas ex corpore pro parte rursus dissipetur consu-
aturque. Contraria horum fiunt in adulto, non exercitato
orpore, in quo cæterum reliquæ ad colligendos humores re-
uisitæ conditiones non deficiunt. Hinc, monente etiam Illu-
ri DE HALLER, ætas quadraginta & qui succedunt annorum,
dipis collectioni in primis favet, in qua quadratam pro gracili
ormam adeps reddat collectus, donec tandem, ubi ad senilem
ratem perventum est, denuo diminuatur, & rubræ gelatinæ,
ujus sedem in fetu occupaverat, loco cedat (o). Sic ergo, ut
nnia nunc colligamus, liquido, pro nostra quidem sententia,
paret: Eos, quos diximus, sanguine tenuiores humores, qui
poros ostiaque cruoris sphærulis minora a purpureo sanguine
cedunt, in cellularum atque cavernularum spatia & cavitates,
cretione facta, deponuntur, inde ex parte a radiculis mino-
m vasorum resorbentur, in majores sensim & confluentes
nales ducuntur, ad conglobatas glandulas in lymphatico &
lvuloso genere vasorum appellunt, in iisque dicta (§. IX.) ra-
one divisis & surculis minimis iterum collectis ramis pergunt,
cque circulo, quem obeunt, muniis secundum providæ Na-
æ consilium exsequendis præsunt, eos, inquam, nimis per
is determinatas nec a nobis digne nunc explicandas causas
ole & copia auctos, ut apta nunc non adsit eorum & ad officia
rpori præstanda requisita proportio, colligi in cavitatibus &
tiolis cellularis in primis telæ atque abundantiam dehinc hu-
orum tenuiorum, oleosi liquoris & lymphaticorum in primis
uidorum in connexo vasorum (§. IX.) declarato systemate in-
cere, & sic alterum plethoræ veræ genus jure constituere.
ratius aliquanto rem pensitanti id eo minus a veritate alie-
m videbitur, si quis ad superius in universum declaratam

 ple-

(o) Vide, si placet, *Physiol. T. I. Lib. I. Sect. IV. p. 39.*

plethoræ indolem recurrat, cumque ea idea noſtræ morboſ plenitudinis conditiones comparaverit; ſiquidem nec hic adp rentem aut per aliqua utcunque analoga ſymptomata declara tam, ſed reapſe præſentem abundantis, qualem requirimus, h morum molis exceſſum animadvertat. Quæ cæterum fuſi ornatiusque multo circa hoc Genus proponi poſſent, ea ill ſtribus ipſoque protracto artis uſu exercitatis Viris, quoru merita veneramur, & quos non ſine juſta laude partim jam e citavimus, longe doctiori elegantiorique ſermone diſcutien & debitis ſpeciminibus ex Praxi deſumtis illuſtranda confirma daque, tenuitatis noſtræ conſcii nobis, relinquimus.

§. XII.

Plethoræ Spuriæ declarata idea.

His ita ſuccincte determinatis, ſupereſt, ut alteri quoqu *Spuriæ* dictæ ſeu *adparenti* plethoræ ſubordinanda Genera tar gamus; præcedentem enim (§. XI.) ab eadem Claſſe alienam declaravimus. Ergo *ſpuria* vel *notha* ſic nominata, in unive ſum, plenitudinem & abundantiam maſſæ humorum excede tem haud vere & reapſe conjunctam habet ſiſtitque, ſed ea tantum per ſymptomata plethoricis veris frequentia mentitu atque declarat. Juvabit, ut ſerio ſermoni lætitia aliqua adſpe gatur, in exemplo quodam diſtinctiorem efficere ideam. Pon igitur & fac, in confirmato & debito robore ſolidisque ſat fi mis inſtructo corpore, eandem movendam eſſe molem, qua hoc imbecille nunc corpus difficulter circumagit, apte id qu dem fieret & absque ullis moleſtis ſenſationibus, ut nec d morbi præſentia ex hoc fundamento conquerentem audires ho minem neque aliqua præſentis plenitudinis exſuperantisqu quantitatis veſtigia, ab imbecillitate demum nata atque profe cta, deprehenderes; ex quo quidem continuo eluceſcit, hi non humores abundantes modulumque vegeti ſanique corpo ris exſuperantes reapſe & ut vere tales conſiderandos ſuppor poſſe. Dirimitur autem hoc Genus in inferiora aliqua, qu medicum in cognitione morborum earumque cauſarum dijud catione feliciter verſantem diſtinguere probe oportet, & qu

con

ontinuo expofituri fumus: quamvis hic ob feriem meditatio-
um exceptio aliqua a lege (§. II. & III.) propofita facienda no-
is fit.

§. XIII.

Ejufdem in inferiora aliqua genera diftinctio prior.

Igitur fpuria nec vere talis dicenda plethora, mentitur ple-
tudinem humorum:

α) refpectu folidorum, in imbecillitate ac debilitate eorun-
m. Hygraulica enim & vafculofa eft Corporis humani com-
ges, atque fluida dum in canalibus & tubis fuis firmisque
rtibus moventur, in continentia illa agunt, dum hæc rurfus
liquores contentos reagunt, & actione inde potiffimum cor-
; in fyftemata hæc vafculofa projecti humores, in tenerri-
os usque furculos promoventur & ad determinata loca ferun-
r. Robora autem vaforum, quæ membranis illorum in ca-
m convolutis & concentricis fibi junctis, Tunicas appellare
ent, ineffe deprehenduntur, efficiunt, ut impulfui fluidi
ntra parietes vaforum nitentis eosque ab axi canalis remove-
laborantis refiftere, nec fupra juftum modulum fe dilatari
iantur. Hæc in ftatu naturali fiunt. Simulac vero æquili-
um hoc paulo evidentius fublatum fuerit, & folida robore
privata deftitutaque fuerint, proportionate refiftere neque-
t, fluidis cedunt, & moderatam hactenus eorum copiam fa-
æquali vi nec coercere nec circumagere, quanta fcilicet hu-
officii pars ad Vafa pertinet, valent. Hinc lerna variorum
lorum oritur, noftris quidem temporibus, in imbellibus, ur-
im præfertim incolarum, corporibus adeo frequentium. Quo
em minutior paulo & follicita magis ea in caufa habeatur
fideratio, admittit etiam hæc morbofa Claffis duo iterum, in
e diftingui poffit, membra. Debilitas enim & imbecillitas
pectu folidorum obfervata eft vel

1) *univerfalis,* ad univerfum magis Corpus pertinens; vel

2) *partialis* magis, confideratione hujus illiusve fpecialis
tis habita. Ad priorem quod attinet præternaturalem con-
onem, ea ex indole hac fua, fecundum quam partim eam
delineavimus, jure ab imbecillitate nomen in-
duit.

duit (p). Videas enim interdum homines, qui turgidas & in- flatas venas oſtendunt, de anxietate conqueruntur ſæpius in- ſigni, aliaque plethorici veri ſymptomata declarant & præ ſe ferunt; quodſi ſpirituoſi potus aliquantulum ſumant, vel ſi mo- veant parum corpus, aut levi nec adeo graviori animi pathema- te afficiantur, notabilem analogiam utique percipias: ſi autem ſanguinem e Vena ſecta miſeris, aquulam fere accipies & di- crimen ac diverſitatem utique deprehendes. Inter alia optime has conditiones ulterioresque declarabit exemplum ſexus ſequi- oris hoc genere plethoræ haud raro laborantis; aliaque Viro- rum etiam ſpecimina, quibus ſimiles a natura vel vitæ genere in ſolidis adſunt conditiones & reliqua huc pertinentia indu- cendæ huic morboſæ diſpoſitioni faventia requiſita accedunt. Hæc ſpeculatus, viva deprehendes labis hujus in urbium præ- ſertim incolis exempla, poſtquam mollities ſcilicet vitæ & lau- tum ac otioſum vivendi genus adeo invaluit, & facillime ob- ſervabis quantum & quam mirifice horum corpora a priſcorum noſtrorum Germanorum duris firmisque, a Tacito hac de re ce- lebratis, corporibus differant & quam inſigniter eadem perver- hac ratione habita molleſcant ac enerventur, ut vel a paulo in- gratioris auræ afflatu aut innocua mica panis lædi videantur. Inde inter plura alia, quæ perſentiſcunt infelicis ſortis mortales incommoda, hinc potiſſimum producta & ab exercitato corpore remota, ad quæ etiam peſſimos & diuturnos affectus ſæpe refe- ras, illa pariter quæ a plethora noſtra adparente proveniunt haud infimum promerentur profecto locum (q). Haud rarum enim in iis reperias malum qui, ex his aliisque in Aetiologia morborum pluribus exponendis cauſis, laxitate ſolidorum ac debilitate ſyſtematis nervoſi laborant, quique pallida alias ince- dentes facie, levioribus nonnullis accedentibus nunc cauſis procatarcticis, ruborem tranſitorium oſtendunt atque ingra- tum caloris ſenſum percipiunt, pulſusque rationem mire mu-

tatam

(p) Ita eandem appellavit Illuſtris LUDWIGIUS *l. c.* §. 937.

(q) Eandem cæterum etiam plethoram ad ſpuriam retulit & paucis ni- tide delineavit Celeberrimus JOH. PET. EBERHARDUS *in Patholo-* §. *19. no. aa. Schol. 3.*

